

Andreas Bilderbeck


**Andrae Bilderbeck Iuris Lubecensis Patrii, A Communi Romano-Germanico Iure  
Differentiae Nova Eaque Luculenta Serie Digestae**

[S.l.], 1672


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75663198X>

Druck Freier  Zugang





K. l - 197 (21.)






~~III~~  
ANDREÆ BILDERBECK  
JURIS #  
LÜBECENSIS  
PATRII,

A COMMUNI ROMANO-GERMANICO  
JURE  
DIFFERENTIÆ  
NOVA EAQUE LUCULENTA SERIE  
DIGESTÆ.

---

ANNO 1772 DC.LXXII.

M.



EXCELLENTISSIMO, NOBILISSIMO  
& Consultissimo Domino,

DN. NICOLAO  
CHRISTOPHORO  
LÜNCKER,  
JURISCONSULTO, PROFESSORI PUBLICO,  
ET CONSILIARIO SAXONICO.

S.

ANDREAS BILDERBECK,



Magnus habetur Publius Mucius Ciceroni;  
Admiratur Catonem, Porciæ Familiæ Prin-  
cipem, Rerum Romanarum Scriptor Livius:  
Evehitur omnium maximè Justiniano, Pa-  
pinianus, excelsi ingenii homo; Cujus uni-  
us autoritate Veritatem & Jus constare, Im-  
perator voluit. At omnes Principatum tenent beneficio Juris  
Scientiæ & Cognitionis præstantissimæ, Nec nostra ætas ad-

) ( 2

eò



è effecta est talium Virorum, quin eos ob iuniorum prudentiam, præprimis magis piam, magni habere, admirari, laudare, fas sit & deceat. Cæterum hos omitto, Juris Consulte. Non ego, Te Papiniani æmulum, Juris discipulum, Istis, at quibus? comparare nunc expergiscar: quippe in promptu foret multas & egregias artes Animi & Corporis, quæ Tibi, Juris Consulte, insunt, quæq; posteritati Tuum Cognomē ex **DEXTERITATE** agendi, tradent, laudando extollere. Res Tuæ privatæ publicæque juxtà ac monumenta ingenii Personam Tuam sustinent. Sed Modestia Tua prohibet amplius dicere. Ego quidem jam dudum per temporis intervalla Tecum familiarius vixi; & ut ajunt, in tenebris micavi: Tempus, officium, res hortantur, ut pro tali benevolentia de pig-nore gratiæ, (quam tamen, quoad vives, nunquam Tibi reditam putaveris, semper apud me integra erit,) mecum agitem. En igitur Tabulam Statuti nostri! Accipe eam, quæso, & nomen Tuum, per se clarum, præ se ferre patere. Erit id mihi præsidium adversus malevolos, & bonorum invidos. Reliquum est optare, uti aliquando Patria, sub Tanto Principe, **SAPIENTE, VIRTUTEM** dignis honoribus honoratam videat. Vale Jurisprudentiæ incremento, bonorum Voto, omnium bono.



LIBRI PRIMI  
JURIS LUBECENSIS.

PARS PRIMA.

DE

JURE PERSONARUM.

§. i.



Niversum Jus nostrum in *Privatum* & *Publicum* dividitur. *Illud*, & *Jus ipsum* & *Remedia Juris* continet. Jus autem est duplex : *Personarum* & *Rerum*.

§. 2. Dividuntur *PERSONÆ* non tam ex *Jure Gentium*, quam *Civitatis*, (quod & ubique præfertur;) in eas, quæ *sui juris* sunt, & quæ *alieni*.

§ 3. *Hæ* sunt in potestate, & vel eâ, quæ *statum* magis respicit, vel, quæ *administrationem*, *Priorum* *Dominica* est, tum *Patria*.

A

§. 4. Ad

§. 4. Ad DOMINICAM pertinet Potestas, quam in homines proprios exercemus. *Mæv. L. I. pag. 159.* ubi *consentanea* ejus traduntur; quemadmodum *dissentanea* alia à *Jure* adveniunt; quò scilicet *Libertas* præscribitur; *Mæv. L. I. p. 161. n. 8. § 19.* Alia *Factò* hominis: Et *vellicito*. Ita rustica civi nubens rustica non manet. *pag. 161. n. 32.* Vel *illicito*: quò tamen exercitium tantum in homines proprios, aut servos, Domino illicitè adimitur; non Jus ipsum. Poenam autem in *Receptatores* habet *Mæv. L. III. p. 184.*

§. 5. PATRIA potestas, vel ut constituitur, consideratur, vel ut dissolvitur. Constituitur *Nuptiis* veris, aut fictis. *Veris* præmittuntur SPONSALIA, circa quæ istud in jure nostro singulare est, quòd in reposcendâ sponsalitiâ largitate, dissolutis Sponsalibus, Sponsus & Sponsa, non adeò attentò osculo, æquiparentur. *Mæv. L. I. p. 243. n. 11. 13.* Ipsæ autem NVPTIÆ in se & accessoriis spectantur. In se, quoad causas, & effectus. Causæ, aliæ sunt *Nuptiarum primarum*, aliæ *ulteriorum*. Illæ, maximè in *Personis* ad constitutionem earum còcurrentibus, exhibentur; scilicet, quæ & nuptias *ineunt*: Ubi quænam sint *Nuptiarum prohibitiones*, & quot in illis *gradus*

aus Lubecæ secundum jus Canonicum computentur, docet *Mæv. L. I. p. 86. n. 12. 13. 14.* Et quæ *consensum* matrimonio præbent. Ita quidem non *parentes* tantum requirendi sunt: Aliàs enim liberi certâ poenâ coercentur, quæ est apud *Mæv. L. I. p. 170. n. 18. 29. seqv.* Sed & adhibendum sub poenâ simili, *Propinquorum* consilium. *v. d. n. 29. § num. 23.* Imò & *Curatoris* consensus in Nuptiis minorum necessarius est. *L. I. p. 175. ut,* qui virginem, in sciò Curatore, delponderit, certò modo plectatur. *p. 177. n. 15. seqq.*

§. 6. Nuptiæ *ulteriores*, vel secundæ sunt, vel tertix. Ad *secundas*, si non processerit Pater, Rebus, quæ inter ipsum & conjugem defunctam communes fuissent, cum liberis quoque communiter fruitur. *Mæv. L. II. p. 217.* Quòd si autem ad eas progressus sit, non tantum liberis prioris matrimonii ad rationes; *L. II. p. 217. L. II. p. 223.* Sed & ut bona cum hisdem dividat, tenetur. *L. II. p. 94. n. 6. 7. 14. 24. 42. item 73. 78. 79. 91. § pag. III. § 116. n. 10. Confer. § pag. 257. n. 15.* Licet autem Jure communi *penis* secundarum Nuptiarum non subjaceant Parentes, qui *cum consensu liberorum* matrimonium inière: tamen jure Lubecensi aliter habet. *L. II. p. 258. n. 18. Utcun-*

A 2 que

que pœnis illis liberi *separati* non fruuntur. pag. 294. n. 87. *seqq.* Et sic quidem Pater ad liberos prioris matrimonii refertur. De *divisione* autem bonorum *secundi conjugis*, s. Vitrici & privignorum in viriles partes, *vid. pag. 251. n. 83. usque ad 87.*

§. 7. Ad *tertias nuptias* procedens, quomodo Pater Materve dividat, *v. L. II. p. 115. seqq.*

§. 8. *Effectus* Matrimonii, non tantum quoad Conjuges, *M&v. L. I. p. 197. seqq.* sed & conjuges & liberos, *M&v. L. II. p. 94. n. 14. junct. p. 272. n. 174.* item, quoad liberos, sive sub eadem Patris potestate adhuc consistentes; *L. II. p. 121. n. 12. § 13.* sive Eod. defuncto, in *societate bonorum* conspicitur.

§. 9. *Accessoria* Nuptiarum sunt, vel licita, vel illicita. *Licita*, spectantur in Dote & Paraphernalibus. DOS, ut constituenda & dissolvenda, consideratur. Constituenda, in Causis & effectibus. *Causæ*, in modo conferendi: Ubi jus Lubecense dotem *congruam* ex voluntate accipientium æstimat. *Lib. II. p. 290. n. 27. 31. 33.* Et *probandi*. In dubio autem dos per *furamentum* probatur. *L. I. p. 193. n. 22. 28. seqq.* *Effectus*, in *alienatione* consistit: Et posse bona dotalia, cum consensu

ſenſu uxoris & liberorum communium, alienari,  
L. I. p. 216. n. 15. traditur.

§. 10. Quantum ad *difſolutionem* attinet, de  
*retentione*, ob dotē & bona illata, uxori, quæ im-  
prolis eſt, competente: L. I. p. 234. n. 48. ſeqq. &  
*addit. ad n. 106.* & quomododocumque, ſi matrimo-  
nium, durch das *Verlager*/nō perficiatur, eſſe de-  
*ſinat*; eamq; ne quidem Sponſus de præſenti, ut  
nec portionem ſtatutariam, lucretur: L. I. p. 240. n.  
n. 14 & L. II. p. 185. n. 258. ſeqq. docet *Mævius*. Eſt  
etiam hoc peculiare, quod, ſi maritus intra bien-  
nium dotem nō exegerit, poſt illud *Exceptionem*  
*nō numerata dotis* non habeat: L. I. p. 188. & p.  
193. n. 12. 13. eamque uxor ex bonis ipſius petat  
nihilominus. Ut ita per *biennalem præſcriptionem*  
is ob dotem non receptam indiftinctē teneatur;  
Nullō etiam factō discrimine, à quonam & quo-  
modo dos promiſſa ſit; hoc eſt: An à Socero, an  
ab Extraneo, &, ſive ex neceſſitate; ſive ex libera-  
litate.

§. 11. PARAPHERNALIVM, ut *uſus* mari-  
to ferè conceditur: L. I. p. 180. n. 9. & 10. Ita & de  
iisdem *onera* maritus ſolvit. L. II. p. 309. n. 60.

§. 12. Deniq; licet COMMVNIO BONO-  
RVM maxima ſit jure noſtro inter Conjuges; ea

A 3

tamen

tamen tam latos effectus in *non Parentibus*, non habet, L. I. p. 200. n. 30. *seqq.* n. 42. p. 204. n. 3. *seqq. junct.* L. II. p. 231. (ubi de *re alieno cōjugum* n. 3. *seqq.* n. 8. 9.) Unde nec *impensarū in res uxoris* fit reputatio, L. I. p. 196. n. 60. Multò minùs *impensæ modicæ, in res dotales & paraphernales à marito factæ*, detrahuntur. L. I. p. 194. n. 36. 38. Tamen, quod *uxor* manu sua *acquisiuit*, ad *Maritum* pertinet p. 195. n. 54. *¶ seqq.* Sicuti *vestes & ornamenta & pretiosa ex mariti rebus comparata*, penes *Mulierem* permanent: p. 194. n. 41. *seqq.*

§. 13. *Illicita* accessio est DONATIO CONIUGVM, quæ nostro jure, uti, si cum consensu liberorum fit, sustinetur: L. I. p. 247. n. 24. ita, eod. neglecto, tota ipso jure nulla est. n. 20. 21. Sed & *simultanea* donatio tum inter conjuges valet, si proximis cognatis quid reliquerint. p. 249. n. 12. *¶* 32.

§. 14. *Fictis* nuptiis, Patria potestas per *Adoptionem* inducitur; cujus in locum *Moribus* nostris VNIO PROLIVM ubique ferè introducta est. In quâ quidnam singulare jure nostro obtineat, habet *Mævius* L. II. p. 10. n. 113. *¶ in add.*

§. 15. *Dissolvitur* Patria potestas *Emancipatione*;

775  
tione; Sed jure Lubec. per SEPARATIONEM  
liberorum à bonis seu Oeconomia Patris. Illa  
vel *tacita* est, quæ à liberis, veluti per matrimo-  
nium, suscipitur: L. I. p. 144. n. 24. § 25. Quæ &  
quandoque à bonis separat; L. I. p. 185. vel *expressa*  
ab ipsis *parentibus*, quam Separationem *in specie*  
appellât, & semper à bonis Parentis, vel unius, vel  
utriusq; , liberos, quanquam non invites, exclu-  
dit. L. II. p. 269. n. 5. 6. § 9. In quâ requiritur, ut  
non tantum *consensus tutorum*, quos etiam pater,  
dum liberos separat, nominare & liberis petere  
debet; *Mæv. L. I. Tit. 7. A. 1. n. 6. sequ.* vel etiam  
*propinquorum*, abdicationi illi seu separationi ad-  
hibeatur; L. II. p. 279. n. 87. (Aliter atq; jure com-  
muni; n. 88.) Sed ut & *portio certa* emancipato cõ-  
feratur. Quæ si ab eodem non exigatur intra  
biennium, peti, tanquam *præscripta*, postmodum  
non potest. L. I. p. 185. n. 6. 10. *sequ.* *Augmenta* au-  
tem *bonorum*, postquam legitimam illam portio-  
nem Parens liberis dedit, non attenduntur. L.  
II. p. 49. n. 18. 19.

§ 16. Et hæc quidem Potestates Statum ma-  
gis respiciunt: *Administrationem*, seu directio-  
nem potius, concernit *Potestas MARITALIS*,  
quam describit *Mæv. L. I. p. 146. n. 54. usque ad 58.*

A 4

§. 17.



§. 17. Homines *sui juris* tales sunt, vel in *totum* vel in *tantum*. De illis in Libro posteriori videndum est. *Hi*, vel in Tutelâ sunt, vel in Curâ.

§. 18. TUTELA spectatur in Causis & Effectibus. *Causâ*, materiali subjectivâ; & formali. *Subjectiva*; In genere, est non alius, quàm *Civis Lubecensis*. *Mæv. L. I. p. 255. n. 4. 12.* In specie, vel propinqui, vel extranei. *Propinqui* sunt *Agnati*, qui omnibus in Tutela præferuntur, *d. L. I. p. 255. n. 16.* *Mater* autem tutrix non est; Sed intra tempus trimestre, (nisi maritus iis dum viveret, tutorem constituerit, *Mæv. L. I. p. 262. n. 15.*) sibi & filiis, sub pœnâ arbitraria petere tenetur. *p. 281 n. 6. 12. ubi n. 13.* simul traditur, quòd *communis* tutelæ cum liberis subsit; possit tamen etiam *separatam* habere tutelam, & ad eam, inter casus alios, si ad secunda vota procedat, obstricta sit. Item *n. 15.* quòd *administratio bonorum* penes viduam sit; ut tamen tutoribus rationes reddat. De *Extraneis* nil occurrit; nisi, quòd etiam tutor, durante & subsistente tutelâ, citra adjunctionem alterius *debitor pupilli* fieri & manere possit *L. I. p. 270. n. 8.* *Forma* constituendi est, quòd Tutores moribus nostris *rem pupilli salvam fore* non jurent *L. I. p. 257. n. 44. seqq.* Omnis autem tutor *confirmandus* sit. *pag. 256. n. 23. seqq.*

§ 19. Ef-

§. 19. *Effectus* Tutelæ ad *commoda & onera* referuntur. Quoad illa, iudex *salarium* tutori decernere nequit, *L. I. p. 287. n. 10.* *Onera* in *Administratione* consistunt; *Ubi* quidem necessario *pecuniam pupilli* tutor *foenori* collocat. *L. I. p. 284. n. 28. § 31.* Est autem in eius arbitrio, an *novam* etiam *negotiationem* in favorem pupilli inchoare velit. *d. l. n. 23. seqq.*

§. 20. *CVRATELA* est vel *Marium*, vel *Fœminarium*. Illa subjectivè cum tutelâ ita conjuncta est, ut in eodem administrante usque ad annum 25, perduret: *L. I. p. 253. n. 11, 12, 17.* Sed *fœminæ* à tutore per nuptias liberantur; Interim in tutelâ *mariti* manent perpetuò. *Mæv. L. 1. p. 261. n. 8. seqq.* *Innuptæ*, quoad *minorem aetatem*, pari jure cum masculis fruuntur: *postmodum* verò non minùs *Curatores* negotiis suis adhibere tenentur. Sic enim in genere mulieres, (& ne quidem *forenses*, *Q. Q. præl. pag. 22. n. 17.*) aliter, quàm *Curatoris* consensu adhibitò, non *contrahunt*. *Eod. L. I. p. 305. n. 6. § 8. § p. 308.* In specie, *donare* de bonis acquisitis non possunt: nisi adhibitò *curatore*, & consensu in super *Agnatorum* requisitò *L. I. pag. 301.* Cæterùm, uti *prodigorum* bona apud fratres & sorores, (quæ tamen *Cura-trices* esse non possunt,) jure nostro quasi de-

B ponan.

ponantur, vid. apud *Mævinum*, L. I. p. 314. n. 7.  
§ 8.

PARS SECUNDA  
DE  
JURE RERUM.

§. 1.

**R**es Rerum vel est in Re, vel ad Rem. Illud vel singulare, vel universale. *Singulare*, rerum tum corporaliū, tum incorporaliū. Illa, acquiruntur aliter jure *Gentium*; aliter jure *Civili*. Utrique acquisitioni præmittitur & rerum distinctio, & ipsi subjiciuntur acquirendi modi.

§. 2. RES sunt vel DIVINI vel *humani* JURIS. Ad illas pertinent res sanctæ: ubi loca sancta nostro jure recenset *Mævinus* L. IV. p. 123. n. 4. sequi. Et suo modo ad eas referuntur persone, in quarum violatores, postquam illis *salvus conductus* concessus est, certa poena pecuniaria statuitur. L. I. p. 98. n. 125.

§. 3. Res HUMANI juris sunt vel extra, vel intra patrimonium. Quoad illas jus Lubecense interceptionem bonorum publicorum secundum jus commune, injunctâ tamen insuper certo. etiam *Magistratui* eâ de re, *cumâ*, coercet. L. II. p. 301.

p. 301. n. 10. § 17. *Harum* frequens est in bona ac-  
quisita & hereditaria Jure Lubecensi distinctio  
p. 317. n. 2. *Seqq.* § 59.

§. 4. *Modi acquirendi Civiles*, non minùs ac  
in Justiniano jure, duo hìc exhibentur: V SVCA-  
PIO, & *Donatio*. *Illius* consideratur, & *Materia*  
& *Forma*. Illa, *Subjektivà*: ubi, quinam pro *absen-*  
*tibus* in *Usucapione*, (illi scilicet, qui in urbe non  
sunt, seu extra jurisdictionis urbanæ fines,) ha-  
beantur, docetur. L. III. p. 117. n. 25. Et *Objectivà*:  
ut sunt res *Corporales*, & *Incorporales*. De illis,  
quatenus *furtivæ* sunt, agitur: quòd & earum sit  
jure nostro *usucapio*. L. I. p. 293. *addit. ad n.* 26. In  
specie autem, quomodo *equus furtivus* usucapi;  
item post trinas alienationes ei, qui istum bonâ fi-  
de & justo titulo possidet, acquiri possit. L. IV.  
pag. 4. & quænam aliàs pro *re furtivâ* in jure no-  
stro habeatur; videlicet quòd *furtiva* non sit res,  
de qua is, cui ejus usum vel quandam potestatem  
concessi, extra limites concessionis disposuerit,  
eamve mihi subduxerit. L. III. pag. 63. n. 26. *Incor-*  
*poralium*, velut *Servitutum*, præscriptio est in L.  
III. p. 241. n. 9. *ad. 14*. Inter *actiones* præscribendas  
peculiare in *petitione* & *aditione hereditatis* ob-  
tinet: præfinito successorì Mense & die, intra

B 2 quem

quem compareat, & se proximum hæredem esse doceat, *Lib. II, pag. 210. n. 14.* § 17. *Forma usucapionis in tempore exhibetur.* Sunt autem tempora jure Lubecensivaria; veluti trium proximarum juridicarum. *L. IV. p. 29. n. 3.* triginta dierum, *Mævius L. II. p. 239. n. 55.* trium Mensium *L. I. p. 112. n. 3.* § 4. Biennii: *L. II, pag. 182. n. 5* ut plurimum anni & diei. *Lib. III. tit. 8. art. 1. n. 4* § 20. Quo tempore res *tā mobiles, d. art. 1. tit. 8* quā *immobiles* præscribuntur. *L. III. tit. 6 n. 7. sequo art. hie. 3.* § 4. Licet verò extra casus speciatim expressos, ne hoc quidē tempus *annuū* extendi debeat; *n. 17. seqq.* Tamen de cætero illud ad longi & longissimi temporis præscriptiones justinianeï Juris pertinet; modò de præscribendo *inter præsentēs*, & de *rebus non transmarinis* agatur.

§. 5. DONATIO est vel *inter vivos*, vel *mortis causa*. *Illius & Materia* proponitur; quod *omnia bona* quis donare possit; modò quid agnatis proximis relinquat, *L. I. p. 298. n. 4.* Et *Forma*, quòd loco *insinuationis*, in donatione requisitæ, Senatores adhibeantur, *L. I. p. 299. n. 15. seqq.* *Donatio mortis causa*, (cujus *forma*, jure civili cõstituta, jure nostro sublata nõ est, *L. I. p. 299. n. 18.*) in effectu notabili multis quoq; *Dd.* secundum jus cõmune

commune probato, exhibetur: quòd *Ius accre-*  
*scendi* in eâ apud Nostrates locum non habeat.  
*L. I. pag. 296. n. 13. 14.*

§. 6. *Incorporatum* acquisitio traditur in  
potissimâ earum specie, *Servitutibus: & oneribus*  
cæteris, istis similibus. Quoad **SERVITUTES**,  
ut ex libertate communi *novas quis fenestras*  
faciat, non permittitur. *L. III. p. 249. n. 8. § 13.*

§. 7. Cætera *onera*, vel ad *Ædificia* per-  
tinent, vel ad *negotiationes*. *Illorum & constitu-*  
*tio, & averfio* proponitur. Quoad *constitutio-*  
*nem*, quòd nec *Caminos* novos, nec *ignis re-*  
*ceptacula* alia, habere liceat, statuitur. *L. III. p. 250.*  
*n. 17. § 18. 20. 23. § addit. Avertimus onera ista,*  
& similia, per *Nunciationem novi operis*. Quæ in  
causâ formali traditur; Tam quoad *tempus*: Et  
vel *nunciationis*, quòd tantum intrâ annum nun-  
ciari novum opus possit. *L. I. p. 294. n. 3. vel proces-*  
*sus*, quòd ejus breviora sint jure nostro tempora.  
*L. III. p. 255. n. 23. seqq.* Quàm quoad *modum*; **Ubi**  
quidem *Jus Lübec.* in hac *nunciatione* satisfac-  
tionem à *nunciato* admittit facilius. *L. III. p. 256.*  
*n. 29. Effectus* est, quòd is, cui denunciatum no-  
vum opus, non statim id destruere cogatur. *d. L.*  
*III. p. 254. n. 8. § 9.*

B 3

§. 8. O

§. 8. Onera ex negotiationibus orta, Opificia spectant, & *Cauponariam*. Et quidem in ædibus vicinis de novo opificia *sordida* aut *onerosa* exercere non licet. *L. III. p. 245. n. 2. item n. 23. §. 25.* Ita nec cauponari *ubique*, aut *cuiusvis*, jure *Lubec.* permissum est. *L. III. p. 247. n. II. 13. 16.*

§. 9. VNIVERSITAS, vel *voluntate* *Homini* defertur, vel *Lege*. *Illâ* jure *Lubec.* vel *Testamento*, vel pacto declarata, *Testamentum*, vel *perfectum* est, vel *imperfectum*. *Illud*, scriptum & *Nuncupativum*.

§. 10. De *Scripto*, quoad *modum* & *personas* agitur. *Ille* vel *solennis* est, vel *minus solennis*. *Testamenti solennis*, & *Materia*, & *Forma* traditur.

§. 11. *Materia* *Subjectiva* & *Objectiva*. *Subjectum occupans* negativè exponitur, tum *ratione Sexus*, tum *ratione Morbi*. *Sexus*; quòd regulariter non possit testari *Mulier*. *L. II. p. 73. n. 3. 4. 5. §. fin.* *Morbi*; *In genere* nemo infirmus corpore quippiam de bonis acquisitis *Jure Lubec.* alienare potest. *L. I. p. 311. n. 13. §. 14.* Interim tamen testamenti factio ei permittitur. *L. II. p. 31.* *In specie Cacorum & Mutorum* testamenta, etiam non confecta secundum *jura communia*; sed  
tan-

tantum ad jus Lûbec. rata habentur. L. II. p. 15. n. 42. *Subiectum recipiens* ita restringitur, ut in *extraneum*, nisi id cum consensu cognatorum fiat, quis quid conferre per ultimam voluntatem non possit. L. I. p. 302. *Objectum* non constituunt *bona hereditaria*. Nam hæc ne quidem per ultimam voluntatem alienari posse, habetur. L. I. p. 323. n. 81. § L. II. p. 28. n. 172.

§. 12. *Forma* est vel *generalis*; ubi quod in foro Lûbec. testamentum secundum juris communis solennitatem confectum non minus valeat. L. I. p. 45. n. 44. Sed quomodo foras Cives Lûbecenses testari possint. L. II. p. 79. n. 10. § 14. Vel *Specialis*: Et cum jure Civili omnis testatio ex voluntate & arbitrio testantis pendere debeat; tamen jure Lûbec. ut quis *de bonis hereditariis* testari queat, *cognatorum consensum* adhibere tenetur. L. II. p. 32. n. 6. 8. Imo quandoque testatio *ex arbitrio* alterius, velut *mariti concedentis*, etiam quoad bona alia, in nostro jure pendet. L. II. p. 73. n. 3. § p. 57.

§. 13. *Nuncupatio* potest quis testari coram duobus Senatoribus; aut vero, si copia eorum haberi nequeat, coram duobus Civibus, in Urbe possessiones habentibus: quâ tamen ratione quan-



quantitas solùm X. Marcarum argenti, h e. 80.  
Joachimicorum esse debet. L. II. pag 25. n. 113. §  
maximè 162.

§. 14. Testamentum *minus* solenne est *Patris*  
*inter liberos*; Ubi quidem Effectus testamenti  
paterni inter liberos prioris matrimonii, & Uxo-  
rem & liberos, posterioris, traditur. L. II. p. 55. §  
46. *Inter conjuges* autem Testamentum *Recipro-*  
*cum*, ut jure communi permiffum est: Ita Lube-  
censi jure non admittitur. L. II. p. 62. n. 57.

§. 15. Tantùm de testandi modo. Sequitur  
*in specie de Personis*, quarum in testamento *necef-*  
*sariò* habenda est ratio. Ita enim necessariò *cogna-*  
*tis* propinquis, jure nostro, quid relinquendum  
est. L. II. p. 67. n. 5. § 6. *Liberi* autem *separati*, ut  
in Testamento instituantur, non est necessari-  
um. L. II. p. 46. n. 12. Quòd autem fiat separatio  
liberorum Testamentaria à parentibus, & quis-  
nam ejus fit effectus, v. L. II. p. 30. n. 14. *seqq.*

§. 16. *Imperfecto* Testamento jure Lubecensi  
suus quoque effectus est. Sic enim ex Testa-  
mento, quamvis invalido, ratione voluntatis, Le-  
gata debentur, & quidem extraneis etiam; L. II.  
p. 33. n. 18. § 25. 26. § p. 71. n. 7. 33. 36. § 39. licèt  
ipsa infirmata fuerit institutio. p. 34. n. 24.

§. 17. Et sic Testamentum in se spectatum  
fuit,

fuit. Sequuntur *Accessoria*, LEGATA scilicet, cum in *consentaneis*, tum *dissentaneis*. Quoad illa, legatum *proximis heredibus* factum, habet quædam *peculiaria*: scilicet, probare quis intra annum & diem propinquitatem debet: quod tempus à die mortis currit; Secus legatum caducum fit, L. II. p. 56. n. 7. *Seqq.* Hæc per *Falcidianam* adveniunt; cui tamen *Jure nostro*, neque in *Legatis piis*, (idque cum horum deductione ante omnia *Legata* reliqua, L. II. p. 44 n. 12. *seqq.*) neque in *Donatione omnium bonorum mortis causa*, locus est. L. I. p. 297. n. 16.

§. 18. *Effectus* est tum *Publicatio Testamenti*, quæ nonnulla habet *singularia*: L. II. p. 64. n. 6. *seqq.* § p. 65. n. 17. tum *Executio*. Et quidem executor testamenti non alius esse potest, quam civis *Lübecensis*. L. II. p. 75.

§. 19. Enimverò & *pactis* non tantum defertur, sed & adimitur *hæreditas*. *Defertur*, in L. II. rubr. tit. I. n. 60. quò & *separatio liberorum* pertinet in n. 116. *Adimitur*, si quando liberi, acceptâ dote, per pactum *Renunciativum*, ab *hæreditate* excluduntur. L. II. p. 287. n. 2. § 5. § 87.

§. 20. De *SUCCESSIONE AB INTESTATO*, & *generalia* traduntur, & *peculiar-*

C

ria.

via. Ad illa pertinet, quòd bonorum communio, omnium, quæ tanquam singularia in successione ab intestato, jure Lubecensi, observantur, causa esse dicatur. *L. II. p. 80. in addit. § p. 284. n. 174. seqq.* Quòdque & *das Heer Gewette / & Gerade* à causa hæreditatis, tanquam res singulares, non removeantur, *L. II. p. 216. n. 3.*

§. 21. *Peculiaris* pertinent ad Successiones, tum in lineâ rectâ consistentium, tum in obliquâ. *Rectâ* Descendentium & Ascendentium. *Descendentes* sunt *Liberi*. Qui vel ad *Parêtes* suos, vel simpliciter *ut tales*, vel *ut conjugatos*: Et priori modo, vel *ad eos simul*, vel etiam *tantum ad matrem* referuntur. *Ibi in genere*, quomodo se Successio *liberorum* habeat, est in *L. II. p. 154. § p. 85. ubi Filii*, ita excludere Nepotes ex fratribus & sororibus, quibusdam existimantur, ut hi jure repræsentationis cum patruis admittendi non sint. *n. 30. § maxime n. 35.* In *specie*, quomodo liberi *divisi* parentibus succedant, *L. I. p. 120.* Et quòd mortuo uno ex parentibus, puberes facti, portionem hæreditatis exigere valeant. *L. II. p. 150. n. 8.* Ad *Matrem* si referantur, non tantum separati, *Matri binubæ*, cum liberis posterioris matrimonii, non succedant. *L. II. p. 43. n. 51.* Sed & ali-

aliquando à Legitimâ Matris Pater liberos exclu-  
dere potest. L. II. p. 30. n. 7. 9. 13.

S. 22. Quòd si autem liberi ad Parentes *ut*  
*conjugatos* referuntur, tum verò decedens ex  
Parentibus, vel *relinquit conjugem* cum hæredi-  
bus superstité; vel *non relinquit*. Ibi aut *separatio*  
facta est, & vel *pacto*; veluti si statutaria portio  
constituta fuerit, vel *Testamento*: Ita reliquum  
hæredes capiunt. Aut *durat communio*. Et tum  
hæredes ejus sunt vel liberi, vel alii. *Liberi*, tum  
*dissortes*, & habentur pro extraneis: tum *Confor-*  
*tes*; Et vel nati sunt *ex eodem conjugio*, vel *ex di-*  
*verso*. *Priori casu* defunctus vel condidit *Testa-*  
*mentum*; vel *intestatus* decessit, *vid P. II. pag. 154.*  
*Hæc* ratione conjux superstes, vel *durat in Vidui-*  
*tate*; Ubi an *liberi legitima ætatis* sint, nec ne,  
distinguitur; Aut ad *secunda vota* procedit: Sic  
autem fit divisio, *confer. distinct.* *Mæ vii in L. II.*  
*Tit. II. artic. XI. addit. ad n. 30.* *Posteriori casu* & ex  
*diverso matrimonio* si liberi sint, aut *sunt singulorū*  
*Parentum* & *ante conjugium suscepti*, *zusammen-*  
*gebrachte Kinder*: seu ex *uno* Parente, sed diversis  
conjugiis. Hoc modò pater vel ad bina, vel trina  
*vota transit*; aut *moritur*. Si *moriatur*, iterum  
distinguendum est: An ex ultimo conjugio ad-  
C 2 fuerit

20  
fuerit soboles; an speretur. Si adfuit, an adhuc  
superfit, an secus.

§. 23. Ut autē jure comūni post Descenden-  
tes *Ascendentes* collocantur: Ita J. Lub. secus ha-  
bet. Ibi enim si descendentes non adsint, ad *fra-  
tres* & *Sorores* respicitur: Eosque vel *separatos*  
vel *non separatos*, scil. ut ad prædefunctum fra-  
trem, cui succedendum est, separatio referatur.  
Is enim, si separatus fuerit, ad successionē vocan-  
tur fratres & sorores unà separati: Sed his non  
existentibus, fratres non separati sequuntur. L. II.  
p. 124. n. 14. 15. seqq. Atque post hosce demum  
*Parentes*. L. II. p. 87. n. 51. & p. 43. n. 51. & p. 120.  
Debet autem facta esse separatio ab omni paren-  
tum successionē. Neque enim, si *ab uno* fortē  
*Parente separatus* fuerit frater, jus succedendi  
immutatum esse censebitur. L. II. p. 124. n. 7. Sic  
& quod de separatis dictum est, ad *divisos* quo-  
que spectat.

§. 24. Nullā factā divisione, sed *confortibus*  
*liberis*, *Parentes* admittuntur ante fratres. L. II.  
p. 123. n. 3. Tum post eos *fratres Germani* eorum-  
que *liberi*. L. II. p. 125. n. 20. seqq. Ubi tamen iterum  
distinguendum est, ut si inter illos *dissortes* re-  
periantur, hi *confortibus* postponendi sint. L. II.

p. 29.

pag. 29. Post Germanos eorumve liberos admittuntur fratres & sorores unilaterales; & quidem uterini & consanguinei in omnibus bonis equaliter L. II. p. 222. n. 11. seqq. Tandem si nec fratres unilaterales adsint, quorum & liberis præferuntur Patruus; L. II. p. 220. n. 8. Avus & Avia L. II. p. 219. n. 9. Itē Proavus & Proavia succedunt; Abavus & Abavia. Et post hos demum Patruus, Avunculi, Matertera. L. II. p. 87. & sequ. Ubi quidem & liberis naturalibus eodem modo Agnati ipsorum succedunt: L. II. p. 142. n. 78. seqq. Licet ipsis liberi naturales ab intestato succedere non possint. p. 140. n. 57. & 75.

§. 25. Ita ob conjunctionem sanguinis succeditur. Ob conjunctionem Maritalem quomodo deferatur inter conjuges successio, traditur L. II. p. 127. n. 4. & p. 155. seqq. : & quod uxor marito penitus non succedat, si peregrina & post mortem mariti emigratura fuerit. p. 113. Sanè de portione statutaria maritum disponere posse, jure nostro singulariter provisum est. L. II. p. 53. n. 71.

§. 26. Si nemo ab intestato successurus adfuerit, jacens hereditas intra annum Senatui (etiam Municipali, qui J. Lüb. gaudet,) addicitur. L. II. p. 215. n. 57. seqq.

C 3

§. 27.

§. 27. **JVS AD REM** seu obligationis pendet vel ex contractibus, vel ex delictis. De **CONTRACTIBVS** agitur & in genere, & in specie. *In genere* quoad personas, & res in contractu intervenientes. *Persona* in contractu vel est occupans, vel recipiens. Quoad *occupantes*, *Civitas cum Principibus* contrahere nō potest. *L. II. p. 317. n. 17.* Nec civis **Lubecensis** inire *sovietatem* nisi cum *civibus Hanseaticis*. *L. III. p. 202. n. 3.* E contra, *peregrini* non possunt **Lubecæ**, nisi cum civibus, tractare commercia. *L. III. p. 123. n. 3. 7. § 23.* *Recipiens* subjectum non potest esse **Clericus**: utpote in quem transferri quidpiam non potest. *L. I. p. 137. seqq. n. 2. 3. 14. addit. ad. n. 17.*

§. 28. *Res* qualitatem vel à *Jure*, vel à *Natura* habent. Per *hanc* sunt vel mobiles, vel immobiles. *Immobiles*, quoad Subjectum, non possunt alienari *in forenses*. *L. I. pag. 128. n. 7. 31. 38. 59. 113.* Quoad *formam*; Nec in alios possunt sine *cessione*. *L. III. p. III. n. 3. 10. 13. 14.* A *jure* bona sunt, vel *hereditaria*, seu *avita*; vel *secus*. *Illæ*, regulariter alienari non possunt: *L. I. p. 317. seqq. item 298.* ubi quidem *alienationis* nomine non venit *oppignratio*. *p. 331. add. ad n. 80. § n. 122.* Exceptio est generalis, si scilicet, ob summam *necessitatem* alienatio

tio fiat, v. c. ob æs alienum, p. 226. n. III. § seqq. vel si in annuos redditus pecunia ex alienatione redacta collocetur. L. I. Tit. X. art. 2. (limitationem tamen vid. in p. 312.)

§. 29. In specie cōtractus, vel principales sunt vel accessorii. Illi versantur vel circa res ipsas, vel circa rerum accessiones. Priori modo vel nudò consensu contrahuntur, vel præterea quid ad perfectionem sui requirunt. Illi sunt consensuales. Hi vel scripturam desiderant, vel rei interventum.

§. 30. Hunc, contractus REALES; Ex quibus Mutuum, & Depositum peculiare quid habent. MUTUUM in tempore Solutionis: & quemadmodum aliàs tempus solvendi ex jure Civili: Ita & statuto nostro variat. L. III. p. 4. n. 42. 43. § 45. Sed qui tamen destinato illo tempore non solvit, tantundem post illud Creditori suo mutuare tenetur. L. III. p. 7. n. 2. seqq. DEPOSITI & præstatio proponitur, quòd depositarius eandem diligentiam, atque in rebus suis, præstare tenetur; L. III. pag. 65. & præstationis probatio: culpam enim abfuisse Depositarius, juramentò suo firmabit. d. l. n. 13. ut tamen furtum & incendium casibus fortuitis annumerentur. n. 17.

§. 31. Scripturam requirit Contractus

C 4 CHIRO-



CHIROGRAPHARIUS, & ut jure nostro ex instrumentis guarentigiatis proceditur, v. in L. V. p. 180. art. 2. n. 2.

§. 32. Nudo *consensu* perficiuntur contractus **CONSENSVALES**. In illis autem agitur aut de rebus, aut negotiis nostris. *Dererum* vel *Dominio*, vel usu. *Dominio*, tum transferendo, tum communicando. *Transfert* illud *Emptio*: *communicat* *Societas*.

§. 33. **EMPTIONIS** traduntur & *Principalia*, & *Adjuncta*. *Principalia* in *consentaneis* & *dissentaneis*. Illa *Materia* tantum *subjectivam* respiciunt: ubi notandum, *fœminam* non *Mercatricem* sine mariti *curatorum*ve *voluntate* tantum *linum* & *linteum*, quæq; ad rem *domesticam* pertinent, emere posse: L. III. p. 136. n. 5. 6. tum *objectivam*, ut ne domum suam vendere quis possit, sine scientia *redituarii*. d. L. p. 143. art. 19. §. p. 127. n. 27. Itē p. 172. *Dissentaneum* est, quod venditor certa *ratione*, ut rem *immobilem* tradere non teneatur, à contractu *recedere* possit. L. III. p. 142. n. 3. 4. 6.

§. 34. *Adjuncta* *Emptionis*, vel circa rem *viciosam* versantur vel circa *alienam*. Illud est *Edictum Aedilitium*, & in eo *proposita Redhibitio*. Proponuntur autem hic & *Vitia ipsa*: ( Et  
cum

cum Jure Civ. omnia Equorum vitia præstentur,  
non fit idem J. Lübec. (L. III. p. 141.) Et *vitiorum*  
*præstatio*, ad quam *ignorans*, aliquo casu, rem  
vitiosam esse, per Redhibitoria adstringi nequit,  
L. III. p. 133. n. 10. seqq. *Sciens* autem vitium peco-  
ris venditi J. nostro insuper arbitrariè multa-  
tur. L. III. p. 138. n. 16.

§. 35. *Evictio & in se* proponitur: Præstatur  
autem J. Lübec. à die factæ *Cessionis* solennis in-  
trâ annum & diem. L. III. p. 114. § 115. n. 3. 4. 20.  
21. 27. 28. Et in prærequisitâ *Denuntiatione Litis*  
ejusque *Affini*, *Laudatione Autoris*, cui pari-  
ter, ut denuntiationi, (cum earundem hætenus  
nulla sit J. Lübec. *differentia*, p. 130. n. 8.) terminus  
Legalis præstitutus est. ead. p. 130. n. 16. 17.

§. 36. De *communicatione* Dominii agitur  
in SOCIETATE. Cujus & *Causa formalis*, quo-  
ad *probationem*, traditur: Quòd nimirum Frater  
Socius quæstû ex *Communione* bonorum jura-  
mento firmare possit. L. III. p. 208 n. 28. Et *Effectus*,  
tùm respectu *sociorum inter se*; tùm quatenus ad  
alios referuntur. *Ibi & Facultas* eorum in bonis  
communibus exhibetur: quòd in societate uni-  
versali non tantum socius arcam focii aperire;  
sed & bona ejusdem hypothecæ obligare possit.

D

L. III.

*L. III. p. 214. n. 15. 16. 21.* Et *Obligatio*, quòd illud, quod in communione bonorum consistens quis acquirit, non indistinctè sociis communicare tenèatur, *L. III. p. 212. n. 5.* Si ad alios socii referuntur, quatenùs in Societate quidem universali, socius ex contractu socii, aliis in solidum obligetur, est in *L. III. p. 213. n. 4. 12.*

§. 37. Contractus consensualis, in quò de *Usurei*, vel *operarum* agitur, est *LOCATIO*. Et quantùm ad *Locationem rerum* quoad *Locatorem*, traditur: quòd is, si conductorem ex urbano prædio cedere velit, certò tempore illud ei denunciare debeat. *L. III. p. 170. n. 26. 27. § 30.* Quoad *Conductorem*, quòd casu fortuitò re locatà uti non valens, non pro ratà etiam mercedem præstet, *L. III. p. 165. n. 8. seqq.* *Locationis operarum & obligatio* exhibetur, & ejusdem dissolutio. *Obligatio*: quomodo *Famulus* aut *Ancilla* ante tempus discedentes obstringantur, *L. III. p. 174. n. 10. seqq.* *Dissolutio*, tum *directa*; videl. quomodò *locationem* retractare possit *Dominus*, aut *famulus*. *L. III. p. 179.* tum *indirecta*; Et sic *matrimonium J. Lûbec.* in servis contractum relaxat, *L. I. p. 78. n. 5.*

§. 38. *Negotia* nostra *MANDATO* subiciuntur: Hoc si tantùm *consilii* sit, *Jure communi*

munimandantem non obligat. Sed nostrô, ac-  
cedentibus nonnullis circumstantiis, aliter ha-  
bet. L. III. Tit. x. n. 30. seqq.

§. 39. *Accessionis* vicem aliàs **REDITVS**  
sustinet, seu *Census*: Et siquidem eum non præ-  
stet quis destinatô tempore, duplum inferre tene-  
tur. L. III. p. 172.

§. 40. *Contractûs minûs Principales* sunt  
**FIDEJVSIO**, & *Pignoris constitutio*. De *Fide-  
jussione in Genere* agitur, & in specie. Illius *Causa  
Materialis*, & *Effectus* traditur. De *Materia  
Subjectivâ* statuitur, quòd fidejussorem idoneum  
ob æs alienum rejiciens etiam à Magistratu ar-  
bitrariè puniatur. L. IV. p. 94. n. 8. seqq. De *Ob-  
jectivâ*, quòd fidejussor in causâ criminali, toto  
Senatu annuente, accipiatur. L. IV. p. 89. *Effectus*  
aliquis est, quòd fidejussores sinè beneficio *ceden-  
darum actio num*, adversùs Confidejussores re-  
gressum habeant. L. III. p. 103. n. 32. In *Specie* de  
fidejussione *Mulierum*; (quò *Senatus-Consultum  
Vellejanum* pertinet,) agitur. Ei autè *derogatur*,  
aut ipso *Iure* nostrô: Est enim casus, quò ex fide-  
jussione pro Marito efficaciter obligetur uxor, si  
*Mercatrix* sit. L. I. p. 211. n. 101. Aut *derogatur* ei  
*factò Mulieris*; Si quando ei *renunciaverit*. Ubi].

D 2 Lübec.

Lübec. illis casibus, quibus aliás communi J.  
renunciatio valida est, *Curatoris adhibitio* in  
Muliere non Mercatrice requiritur. *L. I. p. 309.*  
*n. 66. seqq.*

§. 41. **PIGNVS** *vel Expressum* est, vel taci-  
tum, *Illius constitutio & dissolutio traditur.* Con-  
stitutio *in Causa Materiali*, quòd Jure nostrò  
*pignus pignori dare non liceat, sub pœnâ judicio*  
*solvendâ. L. III. p. 94. n. 4. § 5.* Et in *Formali*:  
quòd *Autoritas Senatus* ad constitutionem pi-  
gnoris in Rebus immobilibus, itemq; Reditibus  
annis requiratur. *L. III. p. 71. n. 2. 15. 20. § p. 75.*  
*n. 59.* *Dissolutio* contingit, *vel per Reluisionem pi-*  
*gnoris, factâ restitutione Crediti; Vel per sublatio-*  
*nem simplicem.* *Illam* post additionem pignoris,  
(de quâ, quomodò post Proscriptionem & æsti-  
mationem Jure nostrò fiat, est *L. III. Tit. 4. a 2.*  
*n. 20.*) Debitor à Creditore facere debet intrâ an-  
num. *L. III. p. 82. n. 57. § 59.* **Ubi** etiam, quid ob-  
tineat, si *pro victualibus* pignus constitutum sit,  
exponitur. *Hæc, vel ex Re ipsa* contingit: Itâ *Navis*  
oppignorata, cum avecta fuerit, pignore libera-  
tur. *L. III. p. 88. n. 3.* **Ve** *ex Persona*: Ita debitor *sciens*  
pignus rei mobilis *alienari*, sibi in reluisione præ-  
udicat. *L. III. p. 85. n. 21. p. 87. n. 21. seqq.* Quò in  
Lübec. D  
locò

(29)  
loco de *creditor*e sciente alienari pignus, idem disponitur.

§. 42. *Taciti* pignoris causa Jure Lübec. extensa est. Sic enim non tantum *bona*, ex vel de quibus *reditus* solvendi sunt, pignori obligantur. L. III. p. 193, in *addit.* Sed etiam in *illatis* in prædium *rusticum* pignus tacitum inducitur. L. III. p. 41. n. 51.

§. 43. Ex QVASI CONTRACTIBVS, unus tantum exhibetur: RERVM COMMVNIO. Et quidem in *Consentaneis*, quòd in *refectione* rei communis, si socius aliquis reficere, sicquè obligationi morem gerere, detrectet, jure suo intrà certum tempus excidat, L. III. p. 233. n. 7. 14. 21 *sequ.* *add.* item *Dissentaneò*, *Divisione*, rerum *hereditariarum*, vel aliter *communium*, puta *immobilium*, quæ facillè dividi non possunt, p. 259. n. 11. 17. *seqq.*

§. 44. Ex factis illicitis seu DELICTIS nascitur Obligatio: & hîc quidem ex delictis PRIVATIS. De quibus & in Genere, & in Specie agitur: In Genere, quatenus Jus Lubecense discrimen eorum inducit, ut alia ex proposito, & animò *deliberatò*; Alia dolò quidem, sed non *premeditatò* committantur. Illa enim, si ejus con-

D 3

ditio-

ditionis sint, ut publicâ ex Lege eorum non sit poena, per *arbitrariam* pœnam, coërcentur. Unde reus mulctam pecuniariam, certamque vini mensuram, pendere iubetur. L. IV. p. 126. ¶ *seqv.*

§. 45. *In Specie* delicta privata sunt vel vera, vel quasi. *Vera*, vel res nostras petunt, vel personas. *Rerum* continent vel *Ablationem*, vel diminutionem. *Illa* spectatur in furtô ipsô, & furtum Receptatoribus. *FVRTVM* in Causis & Effectu. *Causa* sunt tùm *perficiendi*, tùm *arguendi*. Quoad *illas*, Tabularii, Nautæ, Aurigæ, & quicumque rem sibi, ut aliò transferrent, *commisam* subduxerint, sine distinctione, furibus quibusve aliis æquiparantur. L. IV. p. 9. n. 2. *seqq.* *Arguendi* furti causa non est *J. nostrô*, si quis *venditorem* non *nominet*; sed emptione solum publicâ demonstratâ, quòdque res occultè habita non fuerit, adversa indicia tolluntur. L. IV. p. 11. n. 3. *seqq.* *Effectus* pœnam continet: Hæc in Mulieribus non est *suspendii*. L. IV. p. 6. Cæterùm *res furis*, quam ille in fugâ dereliquit, inventori & fisco cedit. L. IV. p. 3. n. 5. *Receptatorum* verò coercitio habetur p. 92. n. 5. ¶ 8.

§. 46. *Diminutio* rerum fit vel *ab homine*, vel *animalibus* *Illa* emendatur per LEGEM AQUALIAM;

LIAM ; Ex quâ non tantùm, quòd Dominus  
*Ministri*, non nisi in subsidium teneatur, tradi-  
tur; Sed &, quòd rem *dedendo*, quâ damnum da-  
tum est, veluti currum & equos, liberetur. L. IV.  
p. 24. n. 17. *Hac* vel privatâ, vel publicâ autoritate,  
*Privatâ*, quod animalia pro damno dato *pigno-*  
*rare* liceat. L. III. p. 220. n. 10. § II. Sed *publica* &  
judiciali, si quando animal *noxæ* deditur: Et tunc  
(Idem de *derelicto* animali dicitur,) dimidium  
tantùm cedit læso: quamvis id ad animalia *non*  
*fera* restringatur p. 223. § in addit.

§. 47. *Personam* nostram petit INJURIA:  
Eaque in Genere, vel in Specie, de crimine ali-  
cujus Diffamatio. *In genere* actionis injuriarum  
& *Consentanea* traduntur, & *Dissentanea*. *Uta*  
tùm ratione injuriarum *presentibus* illatarum,  
quòd Judex instar publici criminis eas etiam *ex*  
*officiò*, nullò implorante, vindicet. L. IV. p. 33. n. 2.  
§ p. 47. Tùm *in absentes* effusarum; quæ quo-  
modo actionem pariant, habetur L. IV. p. 34. n. 4.  
*seqq.* *Dissentaneum* vel à *jure* est, quòd actioni in-  
juriarum quandoquè tribus diebus juridicis *pra-*  
*scribatur* L. IV. p. 29. n. 5. *seqq.* Vel à *re ipsa*, quòd  
*veritas convicii* J. Lübec. excuset. L. IV. p. 28. n. II.

§. 48. DIFFAMATIO in *Effectum* proponi-  
D 4 tur,



tur, tum *primò* ; quòd ea in Criminalibus ad  
agendum obliget. L. V. p. 153. *addit.* tum *orto*, in  
poenâ aliquem de stupro immeritò diffamantis.  
L. I. p. 173. § p. 175. n. 22. *seqq.*

## PARS TERTIA.

DE

## JUDICIIS.

§. 1.

**J**UDICIUM est, vel *prima*, vel *secundæ Infantia* Illud consideratur in *Causis & Effectu*.  
*Causis, Materiali & Formali. Illâ, Subjectivâ, &*  
*Objectivâ. Subjectivam* constituunt, tum per-  
*sona Judicis, tum Litigantium.*

§. 2. *Hi* sunt, vel *Principales*, vel *Accessorii*.  
*Principales, Actor & Reus. De ACTORE* pro-  
ponitur, quòd *Fœmina Mercatrices* in *judicio*  
comparere possint. L. I. p. 273. n. 28. *seqq.* De  
REO, quòd *Vxor pro Marito* tum conveniatur,  
si quando is vel captivus sit: L. I. p. 201. n. 7. Vel cum  
cò liberos habeat. p. 204. n. 2. *seqq.* § L. II. p. 231. In-  
terim *uxor, si bonis communibus* intra *sex Men-*  
*ses à morte mariti cesserit*, ultrà ea non tenetur.  
L. III. p. 31. n. 24. *seqq.* n. 67. § *addit. ad n. 77.* Non  
autem hoc Statutum, ut *Uxor pro marito* ob-  
ligetur,

ligetur, mulieres *Forenses* obstringit. *L. I. pag. 21. num. 19.*

§. 3. *Accessoria Personæ* sunt *Procuratores*, quos tùm etiam *Pars* mittere tenetur, quando *impedimentum*, ob quod ipsa comparere non potest, *necessarium* est, *L. V. p. 149. n. 6. 7.* *Fœminæ* autem *Procuratores* constituere non possunt: *L. I. p. 273.* & quòd non possit cum *cautione rati* comparere *Pater pro filio*, *L. V. p. 151.* traditur.

§. 4. De *JUDICIS* & *Ineptitudine* agitur & *Suspicione*. Quoad *Illam*, licet tantùm periti *Judicum* munere fungantur; *Reperto*res tamen seu *Conjectores*, *die Sinder* / etiam *illiterati* esse possunt. *L. V. p. 141. n. 7.* Quoad *Hanc* in genere etiam *Judicem Ordinarium* recusari posse: *L. I. pag. 84. n. 5. & 6.* Et quousq; in *Cognatis* & *Affinibus* suspecti *Judicis* recusatio pertingat, *pag. 86. n. 4.* statuitur.

§. 5. *Objectum* *Judicii* est ipsa res controversa, seu *ACTIO*: eaquetùm integra, tùm amissa. *Integra* *Remedium* constituit vel *Petitorium*, vel *Possessorium*.

§. 6. *PETITORII* & externa *Causa*, h. e. *Efficiēs*, & interna, seu *Objectiva*, proponitur. Ab *Efficiente* *Judicium* vel *personale* est, vel *reale*; Et de

E

Reali

*Reali* quidem actione traditur, quòd *Rei vindictio* adversus *tertium* possessorem non detur. *v. L. III. p. 59. n. 18. § seqq. n. 24. 25. 28. pag. 61. n. 10. II. § 19. 21. 22. 35. pag. 85. n. 15.* *Objectum* actionum in eo spectatur, quòd certa pœna *plus petenti* comparata sit. *Lib. III. p. 20. n. 4. § 7.*

§. 7. Ratione remediorum **POSSESSORIORVM** illud speciale est, quòd in contentione *Præferentiæ* possessionis bonorum *Jus Lubecense Ius Matris & Liberorum* æquiparet. *L. II. p. 238. n. 37. seqq. item n. 43. seqq. 46. 47.*

§. 8. Et sic de *Actione* integrâ. *Amiſſa* quandoque *in Integrum RESTITVITVR*: *Ubi* tamen contractus *coram Senatu* gestus non indistinctè *Restitutionem* admittit. *L. I. p. 274. n. 4. § p. 276. addit. ad n. 4.*

§. 9. *Forma* *Judicii* in *Conventione* & *Reconventionem* ostenditur. *In illa* consideratur *Judicium*, ut constituendum, & ut peragendum. *Constituendum, in FORO competente.* *Ubi* quidè *Actori*, *Civi Lubec.*, *injungitur*, ut non tantùm *Actione reali Civem*, non nisi *Lubeca*, *conveniat*; *L. V. p. 162. n. 6. § 8.* Sed nec *aliàs* eum *alibi* in *Jus* vocet. *L. V. p. 158. n. 2. 8. 9. 13.* *Reo* autem *in concurrere* *Judicii superioris & inferioris Jurisdictione*, *ubi*

ne, ubinam respondere velit, *electio* permittitur.

L.V. p. 164. § sequ.

§. 10. *Peragendum* Actus continet, alios ad Partes, alios ad Judices spectantes. *Partes*, tum *comparentes*, tum *non comparentes*. Harum est *CONTVMACIA*, quæ ut *constituatur*, in L.V. pag. 168. *sequ. n. 5. 9. 12. 16.* & ut *puniatur*, *ibidem*; In Specie autem si fugiat *Reus*, p. 171. *art. 3.* traditur.

§. 11. Quoad *Comparentes* Actus & *Preparatorius* & *principalis*, seu *substantialis*, proponitur. Ille est *SATISDATIO*, quæ in *Sublevamento* spectatur, dū *Jure Lub.* ab eâ tantum illa bona *immobilia* liberant, quæ *sub Jurisdictione urbana* sita sunt. L. III. p. 107. *n. 12.* § 13. Et in *Exoneratione*, ut si quis reum *Judicio stitutum*, seu *vivum*, seu *mortuum*, promittat, *morte* ejus liberetur. L. III. pag. 104. *n. 3.* § 5.

§. 12. *Substantialis* actus est *PROBATIO*, tum *vera*, tum *subsidiaria*. *Vera* fit vel per *INSTRUMENTA*, vel per *Testes*. Ibi *Mercatorum Libri*, quâ ratione probent, est in *Lib. V.* pag. 182. *num. 7.* § 8. Hic autem *TESTES* in *Materia* & *Forma* spectantur. *Materia* *Subjectiva*, ut testes sint *veri*, vel *falsi*. *Veri*, considerantur in *Nunero*, quod *uni* etiam *testi Senatori*, ad *Actum* quempiam cum aliis *deputato*

E 2

credatur.

credatur. *L. l. p. 69.* Et in *Qualitate*, quòd æquè *Patri* fides habeatur, item *filio, filia, fratribus, sororibus & conjunctis*, pro dote testimonium præbentibus. *p. 229. § L. V. p. 199.* *Falsus* autem *Testis & ipse punitur*; *L. V. p. 187. a. 2. § 3.* & is, qui eum *producit, causa*, quamvis bonâ, *cadit. L. V. p. 187. art. 2 n. 3. 4. § 9.* Quoad *Objectivâ*, qui *operam & consilium* præbuit, in re eadem, testari non potest. *L. V. p. 198. n. 4. 5.* Sed An *Creditor* in causâ *Debitoris* testis esse queat? in *pag. 190.* exponitur. *Forma* in *Productione* consistit: ejusq; tum *Modò*, quò pertinet *Reservatum* in *L. V. pag. 186. n. 8. § 9.* tum *tempore*: Et quidem *Terminus* ad producendos *Testes certus* est. *L. V. pag. 193.* *Testis* autem, qui *abfuturus* est, etiamsi solùm ex causâ *probabili*, aut *voluntariâ*, post reditum examinari debet. *L. V. p. 195.*

§. 13. *Probatio Subsidiaria* fit per *JVRAMENTUM*; Est verò illud vel *Litis Decisoriũ*, vel *Aestimatorium*. Illud vel *Judiciale* vel *Necessarium*. De *NECESSARIO* & in *Genere*, & in *Specie de suppletorio*, agitur: an id *J. Lubec.* obtineat. *L. V. p. 199. n. 4. § 5.*

§. 14. *JUDICIALE* in *Causis & Effectibus* spectatur. *Causis Materiâ & Formâ*. Illâ *subjectivâ*

Etivâ & objectivâ. *Subiectum* est Occupans & Re-  
 cipiens. De *Occupante* statuitur, quòd etiam hoc  
 Juramentum (perindè, ut de *necessario* simile sta-  
 tuitur, L.V. p. 201.) quis offerre possit, L.V. p. 202.  
 n. 4. De *Recipiente*, quòd aut *præstet* Juramen-  
 tum; Ubi *Tutorum unus* quoque in causâ pupilla-  
 ri jurat. L.I. p. 259, aut *referat*; quòd an fieri possit,  
 est in L.V. p. 205, n. 19, seqq. *Detrectans* autem pro  
 convicto non habetur, L.V. p. 202, n. 13, 14. Ratio-  
 ne *Objecti*, in eo illud spectatur: an assertioni ju-  
 ratae in *propriâ causa* fides habeatur, L.V. p. 207.  
*art. 4, n. 2. Forma* alia est *deferendi*, alia *præstandi*.  
*Illâ in Tempore*, quòd etiam *ante litem contesta-*  
*tam* actor reo illud deferre possit: L.I. p. 203, n. 2.  
 Et *modò*, quòd *deferens de calumnia* non juret:  
 L.V. p. 204, n. 13, 14. *Hæc*, quòd per *Procuratorem*  
 jurare non liceat, L.V. pag. 205, n. 28. *Effectus* est,  
 quòd unam viam, per *jusjurandum* scilicet, *eli-*  
*gens* actor, ad probationem devenire non possit.  
 L.V. p. 204, n. 9. De *Juramento Æstimatorio* seu  
 IN LITEM, quòd *Juramento* ejus, qui credi-  
 tum solvere debet, stetur. L.III. p. 197, n. 9, 10. *Dis-*  
*sentaneum* juramentorum est *Perjurium*. Ubi  
 Jure Lubec. *perjuri infames* sunt. L.IV. p. 120, n. 4.

S. 15. *Forma peragendi*, à parte *Judicis* pro-

E 3

ponitur

ponitur in CITATIONE & Sequestratione. Ibi  
*una* Citatio pro trina non sufficit. *L.V. p. 168. n. 3.*  
 4. 5. SEQUESTRATIO autem rei furtivæ, quo-  
 modò fiat, est in *L. IV. p. 7. n. 5. seqv.*

§. 16. Quoad Formam in RECONVENI-  
 ENDO servandam, traditur, quòd ea Jure Lu-  
 becensi *processum simultaneum* non habeat. *L. V.*  
*pag. 155. n. 5. seqq. § 25.*

§. 17. *Effectus* Judiciorum Civilium vel *Pri-*  
*mus* est, vel *Ortus, Ille Sententia, & RES JVDI-*  
*CATA*; Et quidem, si quis contra rem *Judica-*  
*tam actionem* instituat, quomodò à Magistratu  
 puniatur, traditur *L. V. p. 209. n. 4.*

§. 18. *Effectus Ortus* est EXECVTIO:  
 cujus *induciæ* tribus septimanis circumscriptæ  
 sunt. *Lib. III. pag. 4. num. 45.* Et quidem; Aut  
 debitori *bona* ad satisfaciendum *non suppetunt*:  
 & tum vel *carcer publicus*, tam in *mare*, quàm  
 in *sceminâ*, *Lib. I. pag. 155. num. 129.* subsequitur:  
*p. 150. n. 28 usque ad 39.* Vel *Adjudicatio ad Ma-*  
*nus Creditoris* obtinet: *pag. 148. n. 85. ad 92.* Cu-  
 jus locò in *Muliere* est *extimæ vestis detractio*;  
*p. 155. n. 124.* nisi etiam, spretis hisce persecutioni-  
 bus, creditor debitorem suum ad *Beneficium Ces-*  
*sionis* admittere velit. *p. 150. n. 16. seqq.*

§. 19.

§. 19. Aut bona adsunt; Et tunc in ea primum decernitur MISSIO: tum verò & Distractio eorum subsequitur. Missio in consentaneis spectatur, & Dissentaneo. Illa sunt, vel immediata: ubi immisioni in bona, *auff die nicht Zahlung*, Jus Lubecense plus tribuit, quàm Pignus Prætorium: L. III. p. 20. n. 35. Vel Mediatum: Ita bonorum immisionem Jure Lubec, non subsequitur Adjudicatio, nisi post annum & diem, L. III. p. 30. n. 8. seqq. Dissentaneum est, in Fraudem Creditorum facta alienatio, quæ apud nostrates ipsò Jure nulla est. L. I. p. 31. n. 12.

§. 20. Distractio bonorum innititur ΠΡΟΤΩΠΡΑΞΙΑ seu PRÆLATIONE CREDITORVM; eaque tum in se, tum in modo procedendi, spectatur. In Se, Debitum & Principale occurrit, & Accessorium, *§. 24* Illud, vel est singulariter firmatum, vel nudum seu chirographarium. Firmatum vel Privilegio præcipuo, vel Hypothecâ. *§. 21* Privilegium pertinet, tum ad impensas funeris, tum ad præstationes alias. Funeris impensas tantum ad funus debitoris Jus Lubecense restringit: L. III. p. 44. n. 93. Et ad certam usque Summam, n. 92. Cæteræ præstationes sunt: Reditus annuus, Merces locati prædii, aut operarum; item Cibaria, quæ unus



anni ratione reliquis Creditoribus præferuntur.  
L. III. p. 36. art. XI. § p. 195. n. 17. 18.

§. 21. *Hypotheca* vel *annexum* habet *Privilegium*; vel simplex est. Eò pertinet *creditum* quoddam *privatum* & publicum. Ratione *illius*, prælatio quibusdã advenit, tum *ex Re ipsa*: Uti *Depo-nens*, ( sub quò nomine plures veniunt nostrò Jure, ) antè omnes admittitur *Hypothecarios*: L. III. p. 48. n. 24. *sequ.* § *in add.* p. 52. tum *ex Favore* vel personæ vel causæ: *Personæ*, aut *Mulieris*, quæ in *Paraphernalibus* quoque, Creditoribus anterioribus, licèt illa *consumpta* sint, præfertur, L. III. p. 25. n. 35. § 36. Indeque licèt Jure Civili, solutò matrimonio, *Liberi* ratione dotis præferantur cæteris; ( non autem ratione paraphernalium; ) Tamen & quoad hæc nostrò Jure prærogativâ gaudent, L. II. p. 263. n. 13. § 15. § p. 265. n. 41. 44. Aut *pupilli*, qui Jure Lubecensi, in credito *Tutela* ante hypothecarios *Privilegium* habet, L. III. p. 154. n. 36. § 34. ubi n. 38. etiam *Pauperes* huc referuntur. Item sub *Pecuniâ* pupillari continetur, *das Erbgeld*, & bona liberorum *Adventitia*. p. 52. *add. ad* n. 19. Quònam verò *Pia Loca* in concursu Creditorum pertineant, *vid.* L. III. p. 49. *Causæ* favor est in *pecunia sine usuris* creditâ.

ditâ, pag. 46. num. 47. § pag. 53. add. ad num. 49.

§. 22. *Publicum Creditum est Fisci, & Civitatum.* Ille ob quodlibet debitum Privilegium prælationis habet, L. III. p. 47. n. 12. *Civitates* autem omnes eodem modo præferuntur; Cùm tamen Jure Civili in Municipalibus idem non statutum sit, d. l. n. 14.

§. 23. De *Hypothecariis Simplicibus* id notandum est, quòdis, qui *Pignus traditum* habet, ei, cui Hypotheca nudò pactò constituta est, præferatur, L. III. p. 87. n. 32. *sequ.*

§. 24. Debitum *Accessorium* consistit in *Usuris*; Et illæ, in concursu Creditorum, post sortes collocantur: exceptò unò annò. L. III. p. 51. n. 75. *sequ.*

§. 25. Quantùm ad *Procedendi* modum, Jure Lubecensi, in concursu, nudæ aliquorù *Creditorum assertioni* fides habetur L. III. p. 40. n. 36. *seqq.*

§. 26. *Secunda Instantia* est APPELLATIONIS: Ubi Senatus Lubecensis Appellationes etiam ab *Exteris Civitatibus*, quæ eodem Jure utuntur, ex prorogatione quâdam, aut compromisso, recipit, v. L. V. Tit. X. p. 212.

§. 27. *Contraria* sunt litibus & *Judiciis Pacta* &

F

cta &

4275  
Acta & Transactiones. Quantum ad PACTA,  
illud singulare est, quòd *Major pars Creditorum*,  
in paciscendo, *Minori, Jure nostrò*, præjudicare  
non possit. L. III. p. 55. n. 10. § 15.

§. 28. TRANSACTIONVM & Materia &  
Forma exhibetur. *Materia* negativa in *Delicto*;  
tùm *privato*, quòd non liceat, post motam in Ju-  
dicio litem, super *Lege Aquilia*, transigere: L. IV.  
p. 21. tùm *publicò*, quòd non liceat de *Homicidio*,  
sine præscitu *Judicis*. L. IV. p. 72. n. 8. *Forma* in eo,  
quòd *Advocati* transigentibus *adesse* nequeant;  
nec *Procuratores*. L. V. p. 146.

LIBRI POSTERIORIS  
JURIS LUBECENSIS

DE

JURE PUBLICO.

PARS PRIMA

De

JURE PERSONARUM.

§. 1. Sunt Personæ, vel singulares, vel publicæ.  
*Singulariù* Status publicus in Domicilio, &  
Civilitate cõsistit. DOMICILIUM tùm est Ori-  
ginis,

ginis: Et nunc mutabile; L. I. pag. 103. n. 15. 18. tùm  
*Habitationis*, quod post trimestre tempus con-  
trahitur. L. I. p. 112. n. 1. 2. 14. CIVILITAS Patris  
non prodest *Liberis*; Sed hos oportet, ut de novô  
Jus Civitatis adipiscantur, L. I. p. 103. n. 21.

§. 2. Personarum *Publicarum* nomine venit  
SENATUS. Considerantur autem Senatores, ut  
constituendi, & ut constituti. *Constitutio* eorum  
in consentaneis, & dissentaneis spectatur. *Con-*  
*sentaneis Constituentibus*: ubi *Nominatores* Magi-  
stratum, An eorum nomine obligentur, in L. I.  
p. 83. n. 15. disquiritur: Et *Constituendis*: ubi *Pater*  
& *Filius* simul Senatores esse non possunt, L. I.  
p. 77. n. 7. In tantum enim necessitudo Juri nostro  
suspecta visa est, ut & *Cognati*, & *Affines*, etiam  
nullâ interpositâ *suspecti* exceptione, ex confesso,  
si quando cognati causa agitur, secedere jubean-  
tur, L. I. p. 84. n. 27. & 28. *Dissentanea* sunt, tùm  
*Excusatio* tùm *Abdicatio*. *Hæc*, si invitô Senatu  
fiat, An puniatur? v. L. I. p. 78. n. 22. *seqv. Illa*, ut-  
cunq; non minùs, atq; *Appellatio*, à delato mune-  
re publico, Jure Civili admissa sit; non tamen Ju-  
re Lubecensi permittitur. L. I. p. 81. n. 36. 43. ubi &  
n. 25. & *seqv. de Pæna* eorum, qui munus Senato-  
rium detrectant, agitur.

F 2

§. 3. Con-

§.3. *Constitutorum Senatorum Officium, & Potestas* proponitur. *Illius magna pars in Concordiâ* consistit; Unde pœna simul *Parti ac Fisco* exsolvenda, in *Senatores rixam* cientes, publicâ *Lege* definita est. L. I. p. 100. n. 12.

§.4. *Potestatis, & Objectum, & Forma* traditur. In *Objecto* singulare est, quòd negotiis *coram Deputatis* à Senatu gestis, eadem, quæ aliàs publicis tantùm *Actis* conferri solet, fides & auctoritas tribuatur. L. I. p. 70. n. 3. *Forma, exercenda:* quòd *Jure Civili* duæ minimùm partes *Senatus*, aut *Ordinis* præsentis esse debeant; Sed *jure nostro* aliud fervetur. L. I. p. 62. n. 22. § 26

PARS SECUNDA  
De  
JURE RERUM.

§.1. **I**stud continet partim ea, quæ ad splendorem; partim, quæ ad securitatem *Reipublicæ* pertinent.

§.2. *Ad Splendorem*, quoad *Ædificia*; & non tantùm, quòd spatium inter ædes, vicinò invitò, de novo habere non liceat; L. III. p. 249. n. 5. Sed & de multis aliis ad *ædificia* pertinentibus, disponitur. L. III. tit. 12. a. 9, 10, 11, 12.

§.3. *Secun-*

§.3. *Securitas & Re Militari* constat & *Tributis*. Quoad *illam*, arma Civibus permiffa effe, habetur. *L. I. p. 109. n. 34. 40. Hæc, & in Se* confiderantur: ubi *Vasalli à Tributis* immunes non funt: *L. II. pag. 304. n. 67.* Et in *Affribus, Vectigalibus*, quorum injuriosi exactores, item defraudatores, pari, eaque pecuniaria, *Nonnulli pœnâ*, coercentur. *Lib. II. p. 322. n. fin.*

PARS TERTIA  
DE  
JUDICIIS PUBLICIS.

§.1. *PUBLICORVM JVDICIORVM & Cause & Effectus* proponuntur. *Causa, Materialis, & Formalis, Materia Objectiva* in *Criminibus* confiftit, tum *Ordinariis*, tum *Extraordinariis*.

§.2. *CRIMINA Ordinaria* attingunt, vel *Personas*, vel *Res Civitatis*. *Personarum, & Seminarium, & Securitatem*. *Seminarium* deturpant, qui in *LEGEM JULIAM*, de *ADVLTERIIS*, committunt: ubi *Crimen* vel cum vel fine violentiâ admittitur. *Cum violentiâ*, per *RAPTVM*: cujus pœnam vide *L. IV. p. 70. n. 4.* *Sine violentiâ* iterum, vel *immediatè*, vel *mediatè*.

F 3

*Mediatè*

(46)

*Mediatè* per LENOCINIUM: Cujus pœna regulariter *arbitraria*, nec capitalis est. *L. IV. p. 60. num. 4.* *Immediatè*, per Stuprum, & Adulterium. ADULTERII & *Persecutio*, & supplicium proponitur. Ratione, *illius* ab indiciiis jurejurandò se purgare quis potest. *L. IV. p. 67 n. 9. Supplicium non est Capitale: p. 64.* Et quomodò Adulterium, si de *solutâ* personâ agatur, coercendum sit, *p. 66.* STUPRATA, aut ducenda est; aut dotanda. *L. IV. p. 50. n. 3.* Et nec FORNICATIO Lube-  
censi Jure est impunis, *L. IV. p. 58.*

§. 3. *Securitas* violatur per HOMICIDIUM; de quò quidem nihil peculiare in Jure nostro; nisi quòd *Propricidium* in *sepulturâ* eorum, qui manus sibi inferunt, attingatur. *L. IV. p. 84. n. 11. & 12.*

§. 4. Circâ *Res*, quarum publicè interest, crimen se exerit, in Personis, & publicis, & privatis: *Publicis*, REPETUNDARUM: ubi Juramentò se purgare cogitur Magistratus, quòd nil *mune-  
ris* acceperit; etiamsi nullæ præsumptiones eum gravent. *L. I. pag. 73. n. 9. & seq. item n. 16. 17. 18.* Plerumque Privatæ personæ FALSI crimen admittunt: Ubi & de *Opifice* falsate, *L. IV. p. 98. n. 13:* & de *Falsariis Mensurarum*, *L. IV. pag. 95.* eorumque pœnis, agitur.

§. 5. Cri-

§.5. Crimen *Extraordinarium* est in CON-  
VENTICULIS illicitis: quæ puniuntur exi-  
liò. *L. IV. p. 105, n. 22. & seqq.*

§.6. *Forma* Judiciorum Publicorum, in Per-  
sonis illa constituentibus, & Modò spectatur.  
*Personis & Principalibus, & Accessoriis.*

§.7. *Principalis* est Accusator, & Reus, AC-  
CUSATORIS, aliquem falsò in causâ *promis-*  
*si matrimonii* deferentis, pœna exhibetur *Lib. I.*  
*p. 168.* De REIS, & *Præsentibus* agitur, eorum-  
que exemptione per alios, uti hi coerceantur: *Lib.*  
*IV. p. 91. seq.* & de *Absentibus*, quòd etiam pro cõ-  
victis haberi, & capitis damnari possint. *Lib. IV.*  
*p. 18, n. 22. & L. IV. pag. 132:* ubi *Processus Banni*  
contrà eos delineatur.

§.8. Personæ *Accessoriae*, sunt *Advocati &*  
*Procuratores*: de quibus *L. V. p. 147.*

§.9. *Modus* procedendi est in *Intentione*, &  
*Probatione*. De illa, ut promoveatur, *L. IV. p. 78.*  
*n. 8.* cùm in *adibus* crimè commissum est, tradi-  
tur, ut illud *clamore inhabitans* manifestet. Ad  
*Probationem* pertinet, quòd in tantum quem o-  
neret Accusatio in Crimine *Homicidii*, ut etiam  
nullis indiciis gravatus *furamentò* se purgare  
debeat. *L. IV. p. 82, n. 8.*


F 4


§.10. *Esse.*





v.10. *Effectus* Judiciorum Publicorum in  
 COERCITIONE spectatur: de quâ tû *in ge-*  
*nerè* agitur, quòd cives *extra Urbē* delinquentes,  
 pœnâ in urbe receptâ, puniantur. L. IV. p. 46. n. 12.  
 Tum *in specie*, quoad Bonorum Publicatio-  
 nem, quæ pertinet ad Legem Juliam *Majest.*  
 eive similem, unde bona *profugi ad hostes Urbis*  
 in filcum rediguntur: Et in quibusdam casibus  
 ad Legem Corneliam *de Sicariis*: nempe quan-  
 do quis vel *alium* occidit, eique vim infert, aut  
*sibi ipsi. Ibi & vulnerantis & aufugientis* bona  
 pro dimidiâ parte confiscantur, L. IV. p. 43. n. 5.  
 Homicidæ autē *Fugitivi* bona confiscantur sim-  
 pliciter: Quod & fieri solet, quotiès quis ex deli-  
 cto *fugitivi* publico *privatim* læditur, L. IV. pag.  
 74. n. 3. Si quis autē *sibi ipsi* mortem cõsciscat,  
 tum verò bona ejus ad hæredes ipsius  
 pertinent. p. 83. n. 2. 5.











*Securitas & Re Militari constat & Tri-*  
*oad illam, arma Civibus permiffa esse,*  
*L. p. 109. n. 34. 40. Hec, & in Se confide-*  
*i Vafalli à Tributis immunes non funt:*  
*04. n. 67. Et in Affimibus, Vectigalibus,*  
*njuriofi exactores, item defraudatores,*  
*de pecuniariâ, Nonnulli pœnâ, coercen-*  
*p. 322. n. fin.*

PARS TERTIA  
DE  
JUDICIIS PUBLICIS.

JUDICIORVM &  
Effectus proponuntur. *Caufa, Mate-*  
*ormalis, Materia Objectiva* in Crimi-  
fifit, tùm Ordinariis, tùm Extraor-

CRIMINA *Ordinaria* attingunt, vel  
vel *Res Civitatis. Personarum, & Se-*  
, & *Securitatem. Seminarium* detur-  
n **LEGEM JULIAM**, de **ADVLTE-**  
mittunt: ubi *Crimen* vel cum vel finè  
dmittitur. *Cum violentiâ*, per **RA-**  
jus pœnam vide *L. IV. p. 70. n. 4. Sinè*  
terum, vel *immediatè*, vel *mediatè*.

F 3 *Mediatè*

